

Band IV., Nr. 1048, Seite 105-106

Papst Innozenz IV. übergibt das Augustiner-Nonnenkloster Sirnau dem Predigerorden, verleiht ihm die Privilegien dieses Ordens und beauftragt die Oberen des letzteren mit der Vollziehung der von ihm getroffenen Bestimmungen.

Lyon, 1245. Juli 14.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . magistro et . . priori provinciali Theutonie ordinis Predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas prudentes virgines, que se parant accensis lampadibus obviam sponso ire, tanto propensiori debet studio prosequi caritatis, quanto maiori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur. Cum igitur, sicut ex parte dilectarum in Christo filiarum . . priorisse et sororum monasterii sancte Marie in Syrminowe, ordinis sancti Augustini, Constantiensis diocesis, fuit propositum coram nobis, eedem incluse corpore in castris claustralibus, mente tamen libera devote domino famulantes, de institutionibus fratrum ordinis vestri illas, que sibi competunt, hactenus laudabiliter observarint ac committi vobis affectent, nos pium earum propositum in domino commendantes, ipsarum supplicationibus inclinati, eas et idem monasterium auctoritate presentium duximus committenda. Eadem auctoritate statuentes, ut eedem sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Theutonie dicti ordinis, qui pro tempore fuerint, de cetero debeant permanere, illis gaudentes privilegiis, que ordini predicto ab apostolica sede concessa sunt vel in posterum concedentur, ipsique magister et prior, contraria constitutione ipsius ordinis vel indulgentia, ab apostolica sede optenta seu etiam optinenda, nequaquam obstantibus, animarum suarum sollicitudinem gerentes et curam ac eis de constitutionibus eiusdem ordinis illas, que ipsis competunt, sine difficultate qualibet exhibentes, eidem monasterio per se vel per alios fratres sui ordinis, quos ad hoc idoneos viderint, quotiens expedierit, officium visitationis impendant, corrigendo et reformatando ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis seu reformationis officio noverint indigere, nichilominus instituant et destituant, mutent et ordinent, prout in aliis monasteriis monialium ipsius ordinis fieri consuevit, – electio tamen priorisse libere pertineat ad conventum, – confessiones earum audiant et ministrent eis ecclesiastica sacramenta. Et ne pro eo, quod in eodem monasterio fratres vestri ordinis residere continue non tenentur, pro defectu sacerdotis possit periculum imminere, predicti magister et prior ad confessiones in necessitatis articulo audiendas et ministranda ecclesiastica

II

sacramenta predicta deputent eis aliquos discretos et providos capellanos. Ad hec liceat eisdem priorisse ac sororibus redditus et possessiones recipere ac ea libere retinere. Non obstantibus contraria consuetudine seu statuto ipsius ordinis, confirmatione sedis apostolice aut quacumque firmitate alia roboratis. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus omnia premissa ad ministerium vestrum spectantia curetis diligenter et sollicite iuxta constitutionis nostre tenorem, sublato cuiuslibet difficultatis dispendio, adimplere.

Datum Lugduni, II. idus Iulii, pontificatus nostri anno tertio.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An einer Hanfschnur hängt die gewöhnliche Bleibulle dieses Papstes. Auf der Plica rechts: *P. B.*; hinten auf der Urkunde: *Walterus*, darunter ein *R*, in dessen oberer Hälfte *scripsit* eingeschrieben steht.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 175 U 4

Regesten:

AUGUST POTTHAST (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 1, Nr. 11726. Régistres d'Innocent IV., BD. 1, S. 227, Nr. 1496. ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 13, Nr. 56. TILMANN SCHMIDT: Die Originale der Papsturkunden in Baden-Württemberg: 1198-1417, 2 Bde., Vatikan 1993 (Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum, 6,1-2), Bd. 1, S. 95, Nr. 205.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

Deutschland

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Lyon, Dep. Rhône, Frankreich

Sirnau Wohnplatz (347)

Sirnau, Esslingen am Neckar, ES